

Liber

cijis misericordie frequentari solent. Opera vero misericordie nihil profunt: siue paganis siue iudeis: qui christo non credunt: siue quibuscunq; hereticis vel scismaticis: vbi fides et dilectio et sobria sanctificatio non inuenitur: manifestum est quid apostolus significare voluerit: ideo figurate ac mystice quia de velando mulieris capite loquebatur: quod nisi ad

1. Cor. ii.

aliquod secretum sacramenti referatur: inane remanebit. Sicut enim non solum veracissima ratio: sed etiam ipsius apostoli declarat auctoritas: non secundum formam corporis homo factus est ad imaginem dei: sed secundum rationalem mentem. Cogitatio quippe turpiter vana est: que opinatur deum membrorum corporaliū: lineamentis circūscribi: atq; diffiniri.

Eph. 4.

Porro autem nonne idem beatus apostolus dicit Renouamini spiritu mentis vestre: et induite nouum hominem qui secundum deum creatus est.

Colo. 3.

Et alibi apertius. Exuentes vos inquit veteris hominem cum actibus eius: et induite nouum qui renouatur in agnitione dei secundum imaginem eius: qui creauit eum. Si ergo spiritu mentis nre renouamur: et ipse est nouus homo qui renouatur in agnitione dei secundum imaginem eius qui creauit eum: nulli dubium est non secundum corpus: neque secundum quālibet animi partem: sed secundum rationalem mentem vbi potest esse agnitione dei: hominem factum ad imaginem eius qui creauit eum. Secundum hanc autem renouationem efficiuntur etiam filij dei per baptismum christi: et induentes nouum hominem: christum vniuersum induimur per fidem. Quis est ergo qui ab hoc consortio feminas alienat: cum sint nobiscum gratie coheredes? Et alio loco idem apostolus dicit. Omnes enim filij dei estis per fidem in christo Iesu. Quicunq; enim in christo baptizati estis: christum induistis. Non est iudeus neque grecus: non est seruus neque liber: non est masculus neque femina: omnes enim vos vnum estis in christo Iesu. Nunquid nam igitur fideles femine sexum corporis amiserunt? Sed quia ibi renouantur ad imaginem dei vbi sexus nullus est: ibi factus est homo ad imaginem dei vbi sexus nullus est: hoc est in spiritu mentis sue. Cur ergo vir propterea non debet caput velare quia imago est et gloria dei? Mulier autem debet: quia gloria viri est: quasi mulier non renouatur spiritu mentis sue: que reuocatur in agnitione dei secundum imaginem eius qui creauit eum. Sed quia sexus corporis distat a viro: rite potuit in eius corporali velamento figurari pars illa rationis: que ad temporalia gubernanda desecratur: vt non maneat imago dei

Gal. 3.

nisi ex qua parte mens hominis eternis rationibus conspicendis vel consulendis adherescit: quam non solum masculos: sed etiam feminas habere manifestum est. Ergo in eorum mentibus communis natura cognoscitur: in eorum vero corporibus ipsius vnius mentis distributio figuratur.

1. Cor. iii.

Quibus progressibus mens corporalium vsu et imagine delectata: ab eternorum contemplatione deficiat. **Ca. VIII**

Ascendentibus itaque introitus qui a busdam gradibus considerationis per animas per se vni incipit aliquid occurrere: quod non sit nobis commune cum bestiis: inde incipit ratio vbi homo interior iam possit agnosci. Qui etiam ipse si per illam rationem cui temporalium rerum administratio delegata est: imoderato progressu nimis in exteriora plabit: consentiente sibi capite suo: id est non eam cohibente atque refrenante: illa que in speculo consilij presidet quasi virili portione inueterat in omnes inimicos suos: et utis inuidos demones cum suo principe diabolo eterno atque illa visio: ab ipso etiam capite cum coniuge vetitum māducante subtrahitur: vt lumen oculorum eius non sit cum illo.

Ac sic ab illa illustratione veritatis ambonudati: atque aptis oculis conscientie ad videndum quod inhon estis atque indecori remanserint tanquam folia dulcium fructuum: sed sine ipsis fructibus: ita sine fructu boni operis bona verba conterunt: vt male viuētes quasi bene loquendo contegantur turpitudinem suam.

Perniciose relicto communi bono priuata querantur. **Ca. IX**

Detestatem quippe suam diligens anima a communi vniuerso ad priuatasque parte prolabit: et apostatica illa superbia: quod initium peccati dicitur: cum in vniuersitate creature deum rectorem secuta: legibus eius optime gubernari potuisset: plus aliquid vniuerso appetens atque id sua lege gubernare molita: quia nihil est amplius vniuersitate in curam trahit: et sic aliquid amplius concupiscendo minuit. Vnde et auaricia dicitur radix omnium malorum. Totumque illud vbi aliquid proprium contra leges quibus vniuersitas administratur agere nititur: pro corpore proprium gerit: quod partiliter possidet: atque ita formis et motibus corporalibus delectata: quia interior eas secum non habet: cum eorum imaginibus quas memorie fixit inuoluit: et phantastica fornicatione turpiter inquam: omnia officia sua ad eos fines referens: quibus curiose corporalia ac temporalia pro corporis sensus querit. Aut tumido

1. Thi. 6.

fastu alijs animis corporeis sensib⁹ deditis esse affectat excelsior: aut cenoso gurgite carnalis voluptatis immergitur

Que sit humana tēptatio: et qđ pctm̄ extra corpus habeatur. **Ca. X**

Cum igitur bona voluntate ad interiora et superiora percipienda: quae non priuatim sed communiter ab omnibus qui talia diligunt sine ulla angustia vel iuidia casto possident aplexu: vel sibi vel alijs consulit: et si fallax in aliquo ignorantia temporalium: quae et hoc temporaliter gerit: et modum agendi non teneat quem debet: humana tēptatio est. Et magnum est habere vitam sic degere: quam velut viam redeuntes car-

1. Cor. 10

pim⁹: ut tēptatio nos non apprehēdat nisi humana. Hoc enim peccatum extra corpus est: nec fornicationi deputat. et propterea facillime ignoscitur. **S**ed vero propter adipiscenda ea quae corpus sentiunt propter experiendi vel excellendi vel correctandi cupiditatem: ut in his sine boni sui ponat: aliquid agit: quicquid agatur turpiter agit: et fornicat in corpus proprium peccans: et corporearum rerum fallacia simulacra introitus rapiens: et vana meditatio componens ut ei nec diuinum aliquid nisi tale videatur. priuatim auara fertur erroribus: et priuatim perditur anitur viribus. Nec ad tam turpem et miserabilem fornicationem simul ab exordio persisteret: sicut scriptum est. **Q**ui in modica spernit paulatim decidet.

Ecc. 10

Quibus demutatōib⁹ homo ab imagine dei in similitudinē pecoris delabitur. **Ca. XI**

Homo enim coluber non aptis passibus: sicut squamam minutissimis nistibus repit: sic lubricus deficiendi mortuolus negligentes minutatim occupat: et incipiens a pueris appetitu similitudinē dei: puenit ad similitudinē pecorum. **S**ed et quae nudari stola prima: pelliceas tunicas mortalitate meruerit. **H**onor enim hominis verus est imago et similitudo dei: que non custoditur nisi ad ipsam a quo impenditur. **T**anto magis itaque inheret deo: quanto minus diligitur proprium. **C**upiditate vero experiende potestatis suae: quodam nutu suo ad seipsum tanquam ad medium proruit. **I**taque cum vult esse sicut ille sub nullo: et ab ipsa sui mediocritate penaliter ad ima propellit: id est ad ea quibus pecora letantur: atque ita cum sit honor eius similitudo dei: de decus autem eius similitudo pecoris: homo in honore positus non intellexit: compatitur est iumentis insipientibus: et similis factus est eis. **Q**uia igitur tam longe transiret a summis ad infima: nisi per medium suum. **C**um enim neglecta caritate sapientiae quae semper eodem modo manet: concupiscit scientia ex mu-

Sefi. 3

Sefi. 48

tabilium temporaliumque experimento: inflat si edificat. **I**ta prograuatus animus quasi potest re suo a beatitudine expellitur: et pro illud suae mediocritatis experimentum pena sua discit quod inter sit inter bonum desertum: malumque commissum nec redire potest effusus ac perditus sicut viribus: nisi gratia conditoris sui ad penitentiam vocantis et peccata donantis. **Q**uis enim infelicem animam liberabit a corpore mortis huius nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. **D**e qua gratia: suo loco quando ipse se presterit differemus.

1. Cor. 8

Rom. 7

Quod compabilis sit primorum hominum preuaricationi mens quae ad amoris temporalium sensu tracta corporeo. **Ca. XII**

Unde de illa parte rationis ad quam pertinet scientia: et cognitio rerum temporalium atque mutabilium nouandis vite huius actionibus necessaria suscepta: considerentur quoniam dominus adiuuat peragamur. **S**icut enim in illo manifesto coniugio duorum hominum qui primi facti sunt: non manducauit serpens de arbore vetita: sed tantummodo manducandum persuasit. **M**ulier autem non manducauit sola: sed viro suo dedit: et simul manducauerunt: quoniam cum serpente sola locuta est: et ab eo sola seducta sit. **I**ta et in hoc quod etiam in homine vno geritur et dinoscitur: occulto quodam secretoque coniugio carnalis: vel ut ita dicam: quod corporis sensus intenditur sensualis animi motus: qui nobis pecoribusque communis est: seclusus est a ratione sapientiae. **S**ensu quippe corporis corporalia sentiunt: eterna vero et incommutabilia spiritalia ratione sapientiae intelliguntur. **R**ationi autem scientiae appetitus vicinus est: quoniam quidem de ipsis corporalibus que sensu corporis sentiuntur ratiocinantur ea que scientia dicitur actionis: si bene ut eam noticiam referat ad finem summi boni: si autem male: ut eis fruatur tanquam bonis talibus in quibus falsa similitudine condescat. **C**um igitur huic intentioni mentis quae in rebus temporalibus et corporalibus propter actiones officium ratiocinandi viuacitate versatur: carnalis ille sensus vel animalis ingerit quaedam illecebram fruendi se: id est tanquam bono quodam priuato et proprio: non tanquam publico et communi: quod est incommutabile bonum: tunc velut serpens alioque tur feminam: huic autem illecebre consentire: obliquo prohibito manducare est. **I**ste sensus si sola cogitationis delectatione contentus est: superioris vero auctoritate consilij ita membra retinet: ut non exhibeantur iniquitatis arma peccato: sicut habendum existimo velut cibum vitium mulier sola comederit. **S**i autem in sensu

Sefi. 3

Roma. 8